

1104

*Concordia entre el obispo Esteban de Huesca y el abad Jimeno de Montearagón.*

(*Crismón*)<sup>144</sup>. In nomine domini nostri Ihesu<sup>145</sup> Nazareni coeterni<sup>146</sup> cum Patre et Spiritu Sancto. Hec est carta concordie que facta est inter episcopum oscensem Stephanum et abbatem ecclesie Ihesu Nazareni de Monte Aragone dictum Eximinum canonicis eorum utrimque eam confirmantibus. Post multas enim iras et dissensiones episcopi oscensis et abbatibus<sup>147</sup> ecclesie Ihesu Nazareni, in presencia gloriosi Regis Petri aragonensium et pampilonensium, uenerabili quoque episcopo Uiuariensi Leodegario non solum presente set utrique parti secundum auditas rationes equabiliter consulente, presentibus etiam multis aliis religiosis uiris, episcopo uidelicet Barbastrensi dompno Poncio et abbate Sancti Iohannis de Pinna Sancio et abbate Galindone et aliis honestis uiris quorum longum est enumerare nomina, inspirante Sancto Spiritu qui ubi uult spirat inter predictos uiros talis orta est concordia. Set prius unde discordia processerit retextatur<sup>148</sup> ut post modum qualiter conuenerit concordia clarius intelligatur. Serenissimus enim rex Sancius a primis armis ad extirpandam gentilitatem, ad propagandam christianitatem omnino deditur contra urbem Oscham obsidendam et expugnandam que tunc murus et clipeus tocius Hispanie in partibus illis erat, castrum Montem Aragonis nomine firmis muris et turribus stabiliuit et in prima murorum fundatione ecclesiam in honore Domini Nostri Ihesu Nazareni multa animi deuotione fundauit, quam quantum amaret ex predestinatione sui corporis quod ibidem ubicumque moreretur sepeliendum mandauit, post posita sepultura patrum

---

<sup>144</sup> Falta en las copias 622/14 y 15. La copia 622/16 comienza: *Hoc est translatum bene et fideliter factum et extractum a quodam instrumento originali cuius tenor talis est (crismón)...*, y termina con las suscripciones de Alamán de Artasona y Guillermo de Buil, notarios públicos de Huesca, como testigos del traslado, y Gil de Fraga, notario público de la misma ciudad, autor del traslado.

<sup>145</sup> Copia 622/14 añade: *Christi*.

<sup>146</sup> Copia 622/14: *cho eterni*.

<sup>147</sup> Copia 622/14: *abbas*.

<sup>148</sup> Copia 622/14: *retextatur*.

suorum satis indicauit, hanc iterum quia Deus per eam se et regnum christianum exaltabat, consilio beate memorie Urbani Pape ecclesie Sancti Saluatoris de Loar que tunc ceteris preerat omnibusque capellis suis prefecit. Eidem etiam medietatem omnium decimarum que dabantur ex quibuscumque redditibus inter Gallichonem et Alchanatrem flumina libere et ingenue contulit. Omnes decimas suarum laborantiarum, preter quartam partem quam haberet episcopus, predicte ecclesie dandas scripto similiter firmavit. Decimas quoque equarum, uacharum, porcorum, ouium, quintarum preter hec homicidiorum, iusticiarum, erbaticorum et omnium omnino rerum suarum infra predictum terminum eidem donauit. In urbe Oscha quam iam in proximo suam fore sperabat, maiorem mezquitam sibi dandam preordinauit. Set iam fere<sup>149</sup> capta urbe morte est preuentus et in ecclesia quam sic dilexerat<sup>150</sup> sepultus. Post cuius mortem gloriosus rex Petrus tam regni quam probitatis heres<sup>151</sup> paternis insistens uestigiis, non parua sanguinis hismaelitarum effusione urbem cepit et quod bonus pater inceptorat, bonus filius tam in hac quam in aliis consumauit. [Set ut eterna pax inter predictas ecclesias esset, consilio religiosorum uirorum aliquantum de paterna ordinatione quam uis<sup>152</sup> bona intentione mutauit. Nam quia decentiorem in<sup>153</sup> eam ad opus sedis uidit<sup>154</sup> mezquitam maiorem datam ecclesie Ihesu Nazareni episcopo et clericis suis in sedem contulit, commutationem etiam medietatis decimarum quas predictus abbas in urbe Oscha donatione utriusque patris scilicet et filii habebat cum quarta parte decimarum quam episcopus in Monte Aragone possidebat ob pacis amorem fieri curauit uidelicet ut abbas de toto Monte Aragone cum terminis sibi datis, decimas omnes libere et ingenue possideret. Episcopus uero de tota urbe<sup>155</sup> Oscha cum propriis terminis decimas omnes habeat preter regiam laborantiam medietas cuius in usus episcopi, altera in usus abbatis transiit in urbe et in propriis terminis. Nam extra proprios terminos urbis

inter Galliconem et Alchanatren<sup>156</sup> omnes decime regalium laborantiarum<sup>157</sup> erant et sunt ecclesie Ihesu Nazareni, preter quartam partem quam in eis habeat episcopus. Etiam<sup>158</sup> ut hec commutacio secundum suam dispositionem inconcussa maneret, alia uero omnia preter hanc secundum dispositionem paternam inconuulsa consisterent, missis utrinque nunciis priuilegio dompni beate memorie Urbani firmare studuit. Quod et fecit. Post hec tamen statim orta est lis et dissensio inter predictos episcopum et abbatem, abbas enim medietatem decimarum inter duo predicta flumina donatione regis Sancii et dompni beate memorie Urbani confirmatione more solito exposcebat; episcopus uero<sup>159</sup> quam terra in ius christianorum uenerat, non debere fieri contendebat. Quod cum in multis placitis et ante multas honestas et religiosas personas non posset diffiniri, tandem misit rex Petrus donationes patris et suas et scripta quem dompnus beate memorie papa Urbanus fecerat, et confirmauerat dompno pape Paschali ut secundum scripta quod iustum inde sibi uideretur iudicaret et confirmaret. Quibus uisis ut medietas omnium omnino decimarum ex tota noua terra culta uel inculta que est inter duo flumina supra nominata ecclesie Ihesu Nazareni libere et ingenue redderetur sicut sarracenorum tempore almutedgenarum et nouenarum et omnium redituum medietas libere et ingenue reddebatur, iudicauit et scripto firmavit preter co[m]mutacionem<sup>160</sup> superius dictam et preter regis laborancias et preter capellas quas semper abbas habuit in proprias excepta quarta parte quam habet episcopus<sup>161</sup>. Cuius auctoritate et precepto diuisit rex terram inter episcopum et ecclesiam Ihesu Nazareni ut quisque quod suum erat agnosceret. Diuisit autem sicut in sequenti ostendetur. Huic diuisioni et scripto licet per aliquantum tempus reniteretur episcopus, tandem tamen<sup>162</sup> se facturum concordiam de

<sup>149</sup> Copia 622/17: *fore*.

<sup>150</sup> Copia 622/11: *dilixtrat*.

<sup>151</sup> Copia 622/11: *eres*.

<sup>152</sup> Copia 622/13: *quamuis*.

<sup>153</sup> Omite 622/11, 13 y 14. Copia 622/17: *decencionem eam*.

<sup>154</sup> Copia 622/17: *uidet*.

<sup>155</sup> Añade 622/14: *de*.

<sup>156</sup> Copias 622/11 y 17: *Alxanaten*.

<sup>157</sup> Copia 622/13: *laborancium*.

<sup>158</sup> Copias 622/13 y 17: *Et ut hoc*.

<sup>159</sup> Copia 622/11: *contra donaciones regis Sancii eiusque regis filii qui easdem fecerat donaciones*. Subrayado como si fuese una equivocación e interlineado: *quam terra ... uenerat*.

<sup>160</sup> Copia 622/17: *consumacionem*.

<sup>161</sup> Copia 622/15 omite: [*set ut eterna pax ... quam habet episcopus*].

<sup>162</sup> Copia 622/11 añade: *saniori tam suo quam amicorum consilio respiciens*.

his et de omnibus cum ecclesia Ihesu Nazareni ad laudamentum uenerabilis episcopi Leodegarii Uiuariensis et episcopi Barbastrensis et abbatis Galindonis promisit. Quod et fecit. Concordia autem talis est: Vt sicut Oscha habet suos terminos quod<sup>163</sup> rex Petrus reddidit<sup>164</sup> sibi Michera et Cellas et Alborge et Poiaciols<sup>165</sup>, istos enim terminos abstulerat rex Sancius Osche et dederat militibus populatoribus Montis Aragonis, ita castrum et ecclesia Montis Aragonis suos terminos habeat, quis<sup>166</sup> idem rex Petrus Monti Aragoni et predictae ecclesiae designauit ad emendationem<sup>167</sup> illorum quos Osche restituit. Termini autem hii<sup>168</sup> sunt: vna hereditas quam habet Eximino<sup>169</sup> Ferlandez in Culbiert<sup>170</sup> et alia hereditas<sup>171</sup> quam habet muler<sup>172</sup> et filii de senior<sup>173</sup> Ennecho Sangez de Binuei<sup>174</sup> ibidem in Culbiert. Et<sup>175</sup> una almunia de Garcia<sup>176</sup> Pepinz in termino de Thierz<sup>177</sup> [et in eodem Tierz una hereditas de senior Sancio Ferlandez, alia de Sancto Antonino, alia de dompno Garsia capellano, alia de Sancto Iohanne de Monteson, alia de Sancta Maria de illas Sorors, alia de Sancto Petro de Oscha, et una almunia de Ato Acenarez<sup>178</sup> que est in illo sasso super Ola. Et illos alhobces

163 Copias 622/11 y 14: *quos*.

164 Copia 622/15: *reddit*.

165 Copia 622/14: *Paraciols*. Copias 13 y 17: *Poiaciols*.

166 Copias 622/11, 13, 14 y 17: *quos*.

167 Copia 622/14: *enmulationem*.

168 Copias 622/11 y 14: *hi*.

169 Copias 622/11 y 17 añaden: *dicti*.

170 Copia 622/14: *Culbierch*.

171 Copia 622/11 omite: *hereditas*.

172 Copia 622/15: *mullier*. Copias 622/13 y 17: *mulier*.

173 Copia 622/15: *seymnor*.

174 Copia 622/11: *Uinoi* y omite: *in Culuert*. Copia 622/14: *Uinor*.

175 Copia 622/11: *Et in Terz una almunia de Garsia Pepinz. Et in eodem una hereditas de Sanz Ferlandez*.

176 Copia 622/15: *Galín*.

177 Copia 622/15: *que affrontat in riuum Fluminis, de IIª parte que uadit in uia apud Ilerdam et accipiat sacrista Sancti Petri ueteris Osce medietatem decime et primicie ad illuminationem ipsius ecclesie. Et sacrista Montis Aragonis accipiat aliam medietatem. Ista hereditates habet Montis Aragonis pro emendatione illorum terminorum quod rex Petrus Osce reddidit. Y omite: et in eodem Tierz ... Quartam partem habebit episcopus.*

178 Copia 622/11: *At Acena\*r\*z et alho\*b\*zces quos tenet senior Fortumorio in Ola.*

quos tenet senior Fortunio Ariol in eadem Ola et alios alhobces quos tenet ipsemet senior Fortunio Ariol in Bandalies et due hereditates quas tenet ipsemet senior Fortunio Ariol unam in Sarsa et aliam in Oleuito<sup>179</sup>. Et alia almunia a Lera<sup>180</sup> quam dedit rex Sancius dompno Sancio de illa Guerdia et seniori Sancio Garcez de Cerasuas et Ennecho Sancio de Laues et alie due hereditates in Abrisen, una de Garcia Eximinones<sup>181</sup> et de Ennecho Eximinones nepotes de senior Fortunio Ariol et alia de Galindo Garcez Pepin<sup>182</sup>. Et una almunia in Sipan quam tenet senior Blascho Galindez. Ista hereditates abet Mons Aragon pro emendatione illorum terminorum quos rex Petrus Osce reddidit. Habet etiam alios terminos preter istos quos dedit rex Sancius Monti Aragoni uidelicet<sup>183</sup> Ualle Longa et Font Marcella et almunia nomine Montsur quam dedit rex Sancius seniori Ennecho Sangez de Biniei et dompno Forti de Bara cum suo termino quem dedit eis rex predictus Sancius. Et alia almunia de senior Petro Sangez nomine Forniello que est in illo sasso super Arbellaes. Et similiter almunia de Arbellaes<sup>184</sup> quam dedit rex Sancius seniori Ennecho Sangez<sup>185</sup> de Binuei et Castello Sabals et Uilla Noua et Loporzano et illa almunia que est in illo riuo quod uocatur Flumen et Aquillano que est ultra Arbanies. Totam aliam terram exceptis his supradictis et exceptis XIII<sup>im</sup> ecclesiis que sunt ecclesie Ihesu Nazareni in quibus episcopus habet quartam partem decimarum id est Loar et Boleia et Aierb et Lopinnen et ila (sic) almunia de Arrobbres<sup>186</sup> et Petraselz et Bespen et Lauata et Arbanies et Septimo et Sancta Eulalia et Iubluc et Sieus. [Hanc<sup>187</sup> scilicet Sieus reddidit episcopus

179 Copia 622/11 omite: *Et alia almunia a Lera ... de Laues*.

180 Copia 622/14: *Aiera*.

181 Copia 622/14: *Xemenons*.

182 Copia 622/11: *Et alie due hereditates in aurisen una de Pipin et altera de Garsexemenos et de Enoc Xemenos*.

183 Copia 622/11: *Castel Sauals et Ual Longa et Font Marcella et almunia de senior Petre Sanz que est in illo sasso et alia almunia Muntisor cum toto suo termino et alia Aruilars et Uila Noua et Loporzano et illa almunia in illo riuo quod uocatur Flumen et Aquillano. Totam aliam...*

184 Copia 622/14 omite: *Et similiter almunia de Arbellaes*.

185 Copia 622/14: *Sanz*.

186 Copias 622/13, 14 y 17: *illa almunia et Arrobbres*.

187 Copia 622/1 omite: *Hanc ... exceptis his et*.

in hanc concordiam abbati et ecclesie Ihesu Nazareni quia cognitum est abbatem eam prius habuisse donacione regis Sancii exceptis his et] exceptis XV<sup>o</sup> uillis<sup>188</sup> in quibus ecclesie sunt episcopi id est Quinzano et Placenza, Anzano, Lierta, Nisano, Arascuas, Banastas, Jechada, Hidries, Appies, Lienas, Liesa, Aquas, Casoas, Saliellas de senior Blascogarcez. Que tamen XV<sup>o</sup> supra scripte prius in partitionem uenerant ut in sequenti ostendetur, totam aliam terram exceptis his inter duo flumina supradicta diuisit rex Petrus ob perpetuam concordiam consilio sapientium uiro- rum et medietatem ecclesiarum et decimarum contulit<sup>189</sup> ecclesie oscensi libere et ingenue perpetuo possidendam, alteram uero medietatem contulit ecclesie Ihesu Nazareni libere et ingenue perpetuo possidendam. Que autem in partem ecclesie Ihesu Nazareni uenere hee sunt: ecclesia Ihesu Nazareni habet<sup>190</sup> Albalath et Ballaries, Arinno et Saliellas que est prope Sessa, Nouals et Argabieso et Alchala, Liesa et Oliuito, Sipan et Sarsa, Castellon et Lacertals, Cetrana et Aquas et Sieus, Casoas et Iunzano, Bleuca et Almallech et Saliellas que est prope Uillellas, Tube et Sodeto, Marcen et Pompian de Suso<sup>191</sup>, Gallen et Albero de Suso, Torres<sup>192</sup> de Almunien et Barbuas et Almunia de Abinabderam, Almunia de Garcia Fortuniones de Burgasse et Pueio Vincent, Aschasas et Preuetro et Pompian de Ioso, Urrios<sup>193</sup> et Culbiert, Alerre et Loreth, Banastas et Arascuas, Nisano et Saliaiasse<sup>194</sup> (*sic*), Liert et Larbasa et Begga et Sextoplano, Quinzano et Askedas et Otura, Torres Seccas et Campiexe et Toriellos, Artasona et Gauerdola et Arrosel et Tabiernas et Almunia de Calua Soriz, Campiello de Sexto et Forniello et Auaries et Beibiere<sup>195</sup> et Collarata et almunia de Abincerion et Alcobierre, Saranniena cum illo

<sup>188</sup> Copias 622/13, 14 y 17: *uillis*.

<sup>189</sup> Copia 622/13: *contulisse*.

<sup>190</sup> Copia 622/11 anota los nombres en dos columnas, en la de la izquierda los de Montearagón y en la derecha los del obispo de Huesca. Esta copia está llena de interlineados, tachaduras y llamadas para salvar equivocaciones.

<sup>191</sup> Copia 622/13 omite: *Marcen et Pompian de Suso*.

<sup>192</sup> Copia 622/14: *Tors*.

<sup>193</sup> Copias 622/13 y 14: *Orrios*.

<sup>194</sup> Copia 622/14: *Saluaiesse*. Copias 622/13 y 17: *Sabaiesse*.

<sup>195</sup> Copias 622/13, 14 y 17: *Beibiene*.

Petruso et Carro Freto et Aluhezta<sup>196</sup> et Uilla Noua et Orillena, Curue et Porellin, Montmesa, Thierz et Corbinos, Anguasse cum almuniis que sunt in suis terminis.

Que autem in partem episcopi uenere hee<sup>197</sup> sunt: Orto et Osone et Sessa, Pueio et Ola et Abrisen et Bandalies, Coscollano et Ibieca et Foces et Bascuas et Saliellas de senior Blasco Garcez, Antellon et Arniellas et Torres de<sup>198</sup> Garcia Eximenez, Goarda<sup>199</sup> et Alberola, Tramaceth et Pompian de Ioso, Fraiella et Albero de Ioso, Sangarren et Pitiellas, Bonnales et Molinos, Pompian Mediano et Pompian de Suso et Conillena, Quart et Gemiellas et Sancti Romani de Lauata, Iechada et Hydries et Lienas et Appies, Pueio et Castellon de Sexto<sup>200</sup>, Anzano et Placenza et Nouo, Diuntas et Ficarola et Algars. Cortiecomo et Tormos, Olel<sup>201</sup> et Piolas et Aston et Alkala, Torres de Uialata et Almudeuar et Pardinas, Tardeianta et Formignena et Analga<sup>202</sup>. Almunien cum Senes et almunia de Auincebala et Uillanoua de Ual Bennema et Grannen, Alborege et Pixsen et Tabiernas et Bannaries et Vincent. Talis prius inter episcopum et abbatem facta est terre diuisio. Set quam post ea cognitum est episcopum decimas ueterum ecclesiarum XV<sup>o</sup> numero ab antiquo obtinuisse, uisum est omnibus ut \*quod\* antiquitus possiderat, uide[li]cet decimas illarum XV<sup>o</sup> ecclesiarum sibi possideret. Decima autem regalis tributi illarum XV<sup>o</sup> uillarum inter episcopum et abbatem diuideretur. Sicque factum est. Habet enim episcopus tributi decimam quod datur de Placenza et de Anzano et de Iechada et de Hydries et de Apies et de Lienas et de Saliellas de senior Blasco Garcez. De Seus etiam habuit episcopus in primis decimam regalis tributi set postea dimisit eam episcopus abbati ideo quam abbas commutauit Sessam que in prima diuisione sua fuerat pro Arinno et Saliellas que in parte uenerant episcopi. Ecclesiam uero Ihesu Nazareni obtinuit sibi tributi decimas que dantur de Quinzano et de Lierta et de

<sup>196</sup> Copia 622/14: *Atouhezta*.

<sup>197</sup> Copia 622/14: *hec*.

<sup>198</sup> Copia 622/14 añade: *senior*.

<sup>199</sup> Copias 622/13 y 14: *Gauarda*. Omite copia 622/17.

<sup>200</sup> Copia 622/14: *Siesto*.

<sup>201</sup> Copia 622/14 omite *Olel*.

<sup>202</sup> Copia 622/14: *Alialga*.